



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Dionysii Carthusiani, luculenta iuxta ac compendiaria in Acta apostolorum exegesis siue commentaria

Dionysius <Cartusianus>

Coloniæ, 1532

VD16 D 1926

Elucidatio 4 cap. Loque[n]tibus aut[em] illis art. 4

urn:nbn:de:hbz:466:1-38702

tam clementiæ, hortâtes vt ab vniuersis ingredientibus domum dei, id est, sterrena spernentibus amanti-
busque diuina, animæ suæ quærat cibaria. Cui dicunt deuoti. Respice in nos, id est, conuersationem nostrâ sectare. Qui cum fuerit radio illustrationis supernæ p-
fusus, animoq; a claudicatione sui obliqui incessus sana-
tus, mox exilit, stat, ambulat, atque cum illis ecclesiam
intrat. Surgit a vicijs, exilit gratias referendo, quod
de tenebris suis eductus lucem conspicit veritatis, in q̄
sapide intueturq; aspernenda sunt omnia quibus mēs im-
peditur a deo, Stat quoque perseverando in bono incep-
to, ambulat proficiendo, intrat ecclesiam, cælestis reg-
ni beatitudinem contemplando, quibus visis, multi tan-
tam mutationem dextræ excelsi vehementer mirantur
confluuntq; ad eum per quem tanta est facta conuersio,
qui admonet non se, sed dei laudare virtutem.

¶ Elucidatio capituli quarti loquen-
tibus autem illis

Articulus quartus

Non cessat aduersarius veritatis, & emulus equi-
tatis, veritati & æquitati resistere. Hinc a prâ-
cipio Euangelicæ legis inuisibiles atque visi-
les hostes aduersati sunt ecclesiæ sanctæ, sicut nunc
recitari incipitur. ¶ Loquentibus autem illis ¶
videlicet Petro & Ioanne ¶ ad populū superuenerunt
magistratus templi ¶ id est, iudices & doctores ¶ &
Saducæi ¶ qui specialem sectam habebant quia nec ange-
lum nec spiritum, ne resurrectionem esse dicebant,
animam quoque humanam asserebant mortalem, &
quoniam omnium horum oppositum docebant Apo-
stoli, tristabantur de eorum prædicatione hi Sadu-
cæi, Ideo subditur ¶ dolentes quod docerent popu-
lum, & annunciarent in Iesu ¶ resurrectionem ex mor-
tuis ¶ .i. p Chri virtutem oēs mortuos suscitandos. Vel
¶ I Iesu. i. in ei⁹ doctrina ac fide ¶ & iniecerūt i eos man⁹ ¶
violētās, sacrilegas ¶ & posuerūt illos in custodia vsq;

IN ACT. APOS. EXEG.

In crastinum. Ideo tunc eos incarcerationum, nam vespera fuit, sicq; hora iudicandi transierat. Hinc subditur. Erat autem vespera: Multi autem eorum qui audierant verbum dei, a Petro, sicut præcedenti capitulo scriptum est crediderunt, & factus est numerus virorum quinque milia. Qui hoc die crediderunt, & baptizati sunt forsitan diebus sequentibus. Credibile quoque est quod multæ mulieres & pueri præsertim virorum istorum tunc conuersæ sint. Sed consuetudo scripturæ est, fœminarum & puerorum numerum non taxare. Pueri autem vocantur seu paruuli qui infra vicesimum annum sunt, viri qui illum sortiti sunt. Factum est autem in crastinum ut congregarentur principes eorum & seniores & scribæ in Hierusalem & Annas princeps sacerdotum. tempore autem passionis Cayphas fuit princeps sacerdotum, sed omni pene anno principatus sacerdotum transferebatur ad alium. & Cayphas & Ioannes, & Alexander, & quotquot erant de genere sacerdotali. Itaque conglobati sunt ut sua authoritate, multitudine, excellentia, Apostolos tanquam idiotas & pauperes confutarent, terrerent, obruerent. & fruentes eos in medio interrogabant. In qua virtute aut in quo nomine. id est per cuius inuocationem fecistis hoc vos? Scilicet claudum a natiuitate optime ambulantiem. Opera enim gratiæ, perfectiora sunt operibus naturæ. Vnde sicut vinum quod Christus fecit de aqua fuit præualidum ita & claudus iste Christi virtute sanatus, eminenter conualuit. Tunc Petrus repletus spiritu sancto dixit ad eos, principes populi & seniores Israel audite, si nos hodie diiudicamur in beneficio hominis infirmi. id est si nunc ad iudicium trahimur, reprobamur damnamur pro beneficio curationis huic collato. in quo beneficio iste saluus factus est. Ab impedimento ambulandi. notum sit vobis omnibus, quia in nomine domini nostri Iesu Christi Nazarenæi quem vos crucifixistis. quia id procurastis. iste astat coram vobis saluus. id est virtute & inuocatione Iesu Christi curatus est. Hic scilicet Christus est lapis angularis g

Ioan. 11

Eph. 2.

reprobatus est a vobis ædificantibus. Id est, populum
 Indæorum instruentibus. L. qui factus est in caput an-
 guli. Id est, a deo factus est coniunctor & princeps po-
 pulorū duorū. Nam sicut in lapide angulari cōcurrūt cō-
 nectuntur duo parietes, ita in Christo coniuncti sunt
 electi ex iudæis atque gentibus, & ipse est caput illo-
 rum, vt duos condāt in semetipso, qui est pax nostra,
 vtraq; faciens vnum, vt ait Apostolus. De quo per E-
 saiam dominus ait: Ponam in Syon lapidem angularē
 summum, probatum, L. & non est in alio aliquo salus. L.
 Vera namque salus, scilicet beatitudo non consistit nisi in
 Christo obiectaliter secundum suam diuinitatem, nec
 per hoc excluduntur pater & spiritus sanctus, sed inclu-
 duntur, cum tres supersanctæ personæ sint vnum ve-
 ræ ac totius beatitudinis essentialis obiectum. Rursus
 in solo Christo secundum humanitatem est salus tan-
 quam in mediatore, p. quæ facta est saluatio. De quo a-
 pud Esaiam legitur. Dominus iudex noster, dominus
 legifer noster, dominus rex noster, ipse veniet & salua-
 bit nos. L. Nec enim aliud nomen est. Id est, alia res
 nomine designata. L. sub cælo. Id est, in terra. L. datum
 hominibus. L. a patre seu trinitate altissima. L. in quo. L.
 id est, cuius virtute fide & gratia. L. oporteat nos sal-
 uos fieri. L. Ideo omnes a principio mundi saluati, aliq;
 modo per Christi fidem & gratiam sunt saluati. Nam
 & passio Christi id fecit futura, quod facit p̄terita, me-
 diantibus fide & sacramento, vt Augustinus declarat.
 L. Videntes autem Petri constantiam & Ioannis. Id est
 scilicet tanto nobilium & potentum agmine cincti, ste-
 terunt intrepidi, & tam ordinate ac sine timore Pe-
 trus respondit. (Iustus quippe quasi leo confidens abs-
 que terrore erit) L. comperto. Id est, certius inuento
 & cognito. L. quod homines sine literis essent. Id est,
 absque scientiis humano studio acquisitis. L. & idiotæ. L.
 ante missionem spiritus sancti. Per tales em̄ voluit de⁹
 Euāgelicā legē denūctari, ne ei⁹ diuulgatio hūanę idu-
 strię, sciētię aut eloquētię ascriberet. Nā Pau. asserit se
 p̄dicasse, nō i sapiētia v̄bi sed i oñsione signorū, ne crux

Esaiæ.28.

Esaiæ.33.

Prou.28.

.i. Cor. 1.

IN ACTC APOS. EXEC.

- Christi euacuetur L admirabantur J videntes effectum
 insolitum, & causam eius, scilicet spiritus sancti infusi-
 onem Apostolis datam ignorantes. Cum enim sapien-
 tia sit vniformiter se habere, cōstantia sapiētiae signū
 est, iuxta illud Ecclesiastici. Homo sanctus in sapien-
 tia manet vt sol, nam stultus mutatur vt luna L & cog-
 noscebant eos quoniam cum Iesu fuerant J ante ipsius
 passionem. Iohannes nempe se scribit notum fuisse ponti-
 fici. Frequenter quoque Iudæi viderunt Apostolos am-
 bulantes cum Iesu, et secum in Hierusalem existentes.
 L Hominem quoque videntes stantem cum eis J scilicet
 Petro & Ioanne L qui fuerat curatus nil poterant con-
 tradicere J verbis Petri, nec magicis artibus tantum
 deputare miraculum. Ex quo Porphyrij innotescit in-
 fania, qui Petrum adserit magum fuisse, & signum
 istud non vere sed Iudificatorie exhibuisse, Sicut in li-
 bro de ciuitate dei plenius recitat Augustinus. L Ius-
 serunt autem eos foras extra cōsiliū secedere J vt in-
 ter se quid acturi essent liberius pertractarent. L Et con-
 ferebant adinuicem dicentes: Quid faciemus homini-
 bus istis? Quoniam quidem notum signum J, id est, fa-
 mosum euidentisq; miraculum L factum est J per eos
 L omnibus habitantibus Hierusalem. Manifestum est,
 & non possumus negare J In quo declaratur istorum ex-
 cæcatio maxima, quod tot visis prodigijs conuersi nō
 sunt, excæcante eos sua malitia. Corruptio namque
 in affectu, parit corruptionem in intellectu seu ratio-
 nis iudicio. L Sed ne amplius diuulgetur in populum J
 istud miraculum L comminemur eis J sub graui pœ-
 na L ne vltra loquantur in nomine hoc J, id est, de Ie-
 su Nazareno L vlli homini J In hoc isti Iudæi egerūt
 contra id quod apud Tobiam Raphael ait. Opera
 dei reuelare & confiteri honorificum est. L Et vocātes
 eos denunciauerunt eis, ne omnino loquerentur neque
 docerent in nomine Iesu J non emādebant eos in carce-
 rare aut occidere, ne concitarent contra se populū L Pe-
 trus vero & Iohannes dixerunt. Si iustum est in conspe-
 ctu dei vos potius audire J p obediētiam L q̄ deū, iudicate J

Eccle. 27.

Ioann. 14

Ioann. 12

Tobi. 12.

quasi dicant, certissimum est quod non, Creatori enim magis quam creaturæ est obedendum, potissime cum illa iubet quæ prohibet illi, vel prohibet, quæ ille iubet. Vbi enim superior præcipit & inferior contradicit, non est audiendus inferior. ¶ Non enim possumus quæ audiuimus & vidimus ¶ scilicet Christi mysteria, passionem, suscitationem, ascensionem, paracliti missionem ¶ non loqui ¶ cum deus nobis præcepit hæc prædicare. Vnde apud Ioannem habetur. Verbum caro factum est & habitauit in nobis, Et vidimus gloriam eius. ¶ At illi comminantes dimiserunt eos, non inuenientes quomodo punirent eos propter populum ¶ qui magnificauit Apostolos in tanto miraculo, ¶ quia omnes clarificabant id quod factum fuerat ¶ id est, prodigium istud præclarum esse confessi sunt ¶ Annos enim erat homo amplius quadraginta, in quo factum fuerat signum istud sanitatis ¶ Ecce persona eius, & innata debilitas cunctis innotuit, nec fuit tergiuersatio aduersus tam sensibilem veritatem. ¶ Dimissi autem ¶ petrus & Ioannes ¶ venerunt ad suos ¶ coapostolos & condiscipulos ¶ & annunciauerunt eis quanta ad eos principes sacerdotum & seniores dixerunt ¶ Hoc namque fuit eis vtile scire. Amici autem secreta sua & accidentia sibi, familiaribus suis reuelant. Quod tamen cum grandi agendum est discretione, ne audientis animus incidat culpam. ¶ Qui cum audissent, vnanimiter leuauerunt vocem ad dominum & dixerunt ¶ scilicet verba sequentia omnes pariter incoeperunt, ita quod nemo eorum alios ad proferenda hæc verba induxit primitus incipiendo, aut simili modo, magnum fuit miraculum & euidentis signum, quod a spiritu sancto omnes similiter inspirabantur. ¶ Domine qui fecisti cælum & terram, & mare & omnia quæ in eis sunt. ¶ Per dominum hoc loco intelligitur deus pater, sicut verba pandunt sequentia ¶ qui spiritu sancto per os patris nostri Dauid pueri tui dixisti ¶ Aliqui autem Apostolorum ac discipulorum, de semine Dauidi rati fuerunt. Oēs tamē patriarcham suum spiritalem patrem esse professi sunt.

Ioann. i.

I N A C T. A P O S. E X E G.

- Pfal. 2.** [quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt in ania. Gentes contra Christum frementes fuerunt crudelissimi serui Pilati & Herodis, a quibus illusus, flagellatus, spinis coronatus & crucifixus est dominus maiestatis. Populi vero qui contra filium dei meditabantur inania, fuerunt scribæ & Pharisei cum alijs multis Iudæis, qui vana consilia contra Christum cogitarunt, & sine optato frustrati sunt. Voluerunt enim occidere Iesum, ne locum & gentem perderent, ne scilicet a Romanis vastarentur, & vt per tam turpem mortem memoriam Iesu extinguerent, iuxta illud Hieremiæ.
- Ioã. 11.** Super me cogitauerunt consilia dicentes. Venite mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur vltra.
- Hiere. 11.** Rursus inaniter meditati sunt, dicentes: Tanquam nugaces æstimati sumus ab illo, & gloriatur se deum patrem habere. Videamus ergo si sermones illius verum sunt, & tentemus quæ ventura sunt illi. Si enim est verus filius dei liberabit eum de manibus contrariog.
- Sapien. 2** Hæc fuit infinita cæcitas Iudæorum Christum in primo aduentu temporaliter regnaturum putantium, quia intra se cogitauerunt, quod si vere esset filius dei, pater non permitteret eum occidi. Propter quod crucifixo insultauerunt dicentes. Si rex Israel es. Vel si hic est Christus dei electus, descendat nunc de cruce, & credimus ei, quasi prophetæ non prædixissent Christum mundi salute passurum. Hinc euenit eis oppositum.
- Mat. 27** Nam quoniam filium dei crucifixerunt a Romanis vastati sunt, & Christus per suam passionem ampli⁹ glorificatus est, totique mundo notificatus. [Astiterunt reges terræ] scilicet Herodes rex, & Pilatus iudex, qui a regendo, nõ a regia potestate dictus est rex. [& principes cõuenerunt in vnum] scilicet Annas & Cayphas [aduersus dominum & aduersus Christum eius.] .i. contra patrem & filium incarnatum totius gratiæ plenitudine vnctum secundum naturam assumptam. Qui enim contra vnã diuinã agit personã, etiã contra alias duas peccat, quamuis aliqua peccata per ap
- Pfal. 2.**

propriationem quandam dicantur contra patrem, aliqua contra filium, aliqua contra spiritum sanctum. Hinc filius ait: Qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui misit illum. Et alibi: Odio habuerunt me & patrem meum gratis. In prima quoque Canonica sua ait Ioannes: Qui non credit in filium, mendacem facit patrem. Consequenter sancti isti inductam auctoritatem ad propositum applicant & exponunt.

[Conuenerunt enim vere] veritate rei & etiam veritate sermonis, quantum ad historicam recitationem. Non autem conuenerunt vere, veritate iusticiae, & veritate verborum inter se habitorum, sed iniuste atque mendose. In ciuitate ista Hierusalem aduersus sanctum puerum tuum Iesum .i. vnigenitum filium [quē vnixisti] vnctione spiritali, videlicet, omnium gratiarum charismate, quantum ad animam a primo incarnationis momento iuxta illud. Vnixit te deus deus tuus. Propter quod Euangelista dicit: Non ad mensuram dedit deus spiritum scilicet homini Christo [Herodes & Pontius Pilatus cum gentibus & populis Israel] Herodes autem & Pilatus quantum ad hoc conuenerunt, quod in Christi persecutione vnanimis fuerunt [face re] .i. Christum persequi & occidere [quā manus tua & consilium tuum] .i. potentia & sapientia tua [decreuerunt fieri] Quid illi igitur peccauerunt, cum potestati dei nullus queat resistere, & bonum videtur id facere quod deus vult fieri. Sed deus non voluit illud fieri eo modo quo impij hoc fecerunt, nisi permissiue. Voluit vero id fieri eo modo, quo id passus est Christus. Quomodo autem intelligendum sit istud, in precedentibus duobus capitulis dictū est plenius [Et nunc dñe respice in minas eorum] Illas compescendo, ne aliorum salutē impediant. Et hoc ex charitate & zelo iusticiae orauerunt [et da seruis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum, in eo quod manum] .i. potestatem [tuam extendas ad sanitates et signa et prodigia fieri p nomen sancti filij tui Iesu] .i. p virtutem & inuocationem ipsius, p qd pdicantium fiducia augeatur & audic

IN ACTA APOS. EXEG.

tium corda fidem amplectantur. [Et orassent motus ē
 locus in quo erant congregati] Per hunc terræ super-
 naturalem motum significauit deus quod sua potestas
 eis in cunctis assisteret, & quod eorum oratio esset au-
 dita. Itemque quod corda principum terrenorum Christi
 virtute essent vincenda. [Et repleti sunt omnes spiritu
 sancto] .i. in gratia & feruore tunc vehementer creue-
 runt, mirabilemque spiritus sancti senserunt contactū,
 roboracionem & exhilaracionem. [& loquebantur ver-
 bum dei cum fiducia] quia & se fructificaturos in alio-
 rum conuersione sperabant, & eos qui corpus occi-
 dunt non formidabant. [Multitudinis autem creden-
 tiū erat cor vnū & anima vna] .i. voluntatis cōcors af-
 fectio, & mens p̄ charitatem eximiam coadunata. Quo-
 enim plentiores fuerunt in gratia charitate & cæteris
 donis spiritus sancti, eo in omnibus concordiores extite-
 runt. Quemadmodum namque ex humane mentis imper-
 fectione generatur opinionū diuersitas & affectionum
 discordia, ita ex gr̄e & charitatis cōfortatiōe. p̄cedit af-
 fertionū & desideriorum paritas. Pro hac vnitate su-
 per charitatē cuius est vnire, orauit Saluator ante
 passionē. Pater sancte serua eos in nomine tuo quos de-
 disti mihi, vt sint vnum sicut & nos. Et sint consummati
 in vnum. In quibus impletum est quod p̄ Hierem. dñs
 pollicetur: Dabo eis cor vnū & animā vnā, & letabor
 sup̄ eis, cum benefecero eis [nec quisquam eorum que
 possidebat, quicquam suum esse dicebat, sed erant illis
 omnia cōmunia.] Charitas nempe quo perfectior, eo
 liberalius se communicat & effundit, nec quæ sua sunt
 querit. Et quanto quis spiritalia dona, futuraque bona
 syncerius appetit, & exgrit, eo minus curat terrena. In
 hac aut̄ primitiuæ ecclesiæ sacratissima cōuersatiōe, cœ-
 nobitarū vita fundat, q̄ & vitā beatorū in patria imitat,
 iñ q̄ oīa sunt coīa. [Et virtute magna] .i. forti & efficaci p̄-
 dicatiōe atque potētī miraculose opatiōe. [Reddebāt ap̄t
 testimoniū resurrectionis Iesu Christi domini nostri]
 Iccirco de resurrectione specialem fecerunt mentionē,
 ga & illa incredibilior videbat, etiā ea cetera icludebāt. s̄
 passio & ascensio. [& gr̄a magna erat in omnibus illis]

Ioan. 17.

Hiere. 32.

tā in Ap̄tis quam in cæteris discipulis. L Neq̄ em̄ quisq̄
 egens erat inter illos. Jqa sufficientiam non supfluitare
 habebant, iuxta illud Prouerb. 30. Mendicitatem & di-
 uitias ne dederis mihi, tribue tantum victui meo nec-
 saria. L Quotq̄ em̄ possessores agrorū aut domorum e-
 rant, vendentes adferebant p̄cia eorū quæ vendebant
 & ponebant añ pedes Apostolorū. Jper quod monstra-
 bant se despiciere ista terrena, atq̄ plenissima fide cæle-
 stia inquirere. L Diuidebatur autem singulis, put cuiq̄
 opus erat. J. i. necesse, & vrile. Huius vitæ figura in filijs
 Rechab præcessisse videtur, de quibus in Hieremia ha-
 betur, quemadmodum Ionadab fili⁹ Rechab pater Re-
 chabitarum præceperit filijs suis nō bibere vinum nec
 edificare domum nec ferere agrum, nec plantare vine-
 as, sed habitare i tabernaculis. Deniq̄ in hac electissima
 plæbe primiziua ecclesiæ vere impletum est, quod in
 Christi aduentu futurum deus p̄ Esaïam prædixit. Se-
 debit populus in pulchritudine pacis & in tabernacu-
 lis fiducia, & in requie opulenta. Sophonia q̄. 3. Reliquæ
 Israel non facient iniquitatem, nec loquentur mēdaci-
 um. Quoniam ipsi pascuntur & accubabunt, & non erit
 qui exterreat. L Ioseph autem qui cognominatus est
 Barnabas ab Apostolis, quod est, interpretatum filius
 consolationis. Jquem ita cognominauerunt sancti Apo-
 stoli, quia & ipsi, & cæteri credentes de conuersione, &
 maxima gratia hui⁹ Ioseph plurimum consolati fuerūt
 Frat nāq̄; sona notabilis, & ad aliorū instructionē bñ
 disposita, Iō subdit. Leuites. Jqa de gñe sacerdotali. Cy-
 pr⁹ gñe. J. i. i insula Cypro natus. Euius parentes p̄ capti-
 uitate & disp̄sionē ad illum deducti sunt locū. Jcū habe-
 ret agrum. Jquamuis enim non licuit Leuitis habere
 hæreditaria bona in propria terra, tamen in aliena id
 licuit eis. In propria namque terra de sacrificijs susci-
 tabantur. L vendidit eum, & attulit precium & po-
 suit ante pedes Apostolorū. Jproprietati resignans, & a-
 postol. volūtati disp̄sationē cōmēdās. Iste ē Barnabas
 cōes Pauli, nō ille q̄ supra dict⁹, cū Mathia statut⁹. Postre-
 mo quod dictum est, multitudinis credentium erat cor-

Hier. 15.

Esaï. 32

Deute. 18.

IN ACTA APOS. EXEG.

unum & anima vna, quamnis ab omnibus considerandum, & imitandum atque implendum sit Christianis, potissime tamen a religiosis, qui apostolicæ p̄fectionis vestigia sectari p̄fessi sunt. Cœnobiaz eadem (sicut ait Hieronymus) si pacis concordia, charitatisque vnitas adfint, sunt paradus dei in terra, Et habitantes in eis, sunt ægeli. Si vero defuerit, sunt infernus, & habitatores diaboli

ad horum
lib. 2. 207

¶ Elucidatio capituli quinti. Vir
autem quidam. Articulus
quintus

Sicut in veteri testamento quidam in principio la-
tionis legis Mosaicæ ob eius transgressionem di-
re puniti leguntur, vt filij Aaron q̄ combusti sunt
eo quod ignem alienum offerrent, & alter qui ligna
collegit Sabbatho, quatenus præcipientis autoritas
monstraretur, & alij ad obseruantiam diligentiorẽ
induce r̄etur, pateretque quã salubre esset legi obtempe-
rare diuinæ, quam impium & damnabile non parere,
ita & in Euangelica accidit lege, quando quidem Euan-
gelicæ legis dorogantes sinceritati, terribiliter sunt
plagati. Quod in principio huius capituli exemplo o-
stenditur. ¶ Vir autem quidam nomine Ananias cum
cum Sapphira vxore sua vendidit agrum, & fraudauit
de precio agri ¶ partem pecuniæ sibi fraudulenter ser-
uando, quam totam tenebatur in communem vsu p̄-
ferre ¶ conscia vxore sua ¶ nam ea sciente & consenti-
ente factum est hoc ¶ & afferens partem precij, ad pe-
des Apostolorum posuit. Dixit autẽ Petrus ¶ cui istud
per reuelationem diuinam innotuit ¶ Anania cur ten-
tauit, ¶ id est, in tentationem induxit ac supauit ¶ Sa-
tanus cor tuum? ¶ Vel cur tentauit, id est, cur ita pecca-
sti, quod deus sic te dereliquit vincti. Exigentibus enim
præcedentibus nostris peccatis frequenter dure tenta-
mur, & in tentatione a deo iuste relinquimur ¶ mentiri
te spiritui sancto? ¶ .i. nec fidelitatem, nec veritatem ei
seruare, sed ad eius mentiri iniuriam. Sic omnis qui